RICHARDUS DE MEDIAVILLA

Frankreich, um 1300 (vor 1327) Seite 248r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8303
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Claritas non est equivoce

non possit dici claritas que non esset visibilis non
possit. nec equivoce de ista claritate et non dicitur
equivoce de ista claritate quam videmus et de claritate
corporis gloriosi. quia et si claritas corporis gloriosi sit alterius
generis quam ista quantum ad causam non tamen quantum ad sui
naturam seu speciem. unde sicut claritas naturalis ratione sue
speciei est proportionata in sui. et ita et claritas
corporis gloriosi. non est dicendum ut videtur istis quia propter sui
excellentiam visum offenderet. quia sicut corpus
gloriosum pati non potest nisi passione animali.
ita lux eius non aget in visum nisi passio
nem animalem. claritas autem intensiva non
offendit visum ratione talis actionis. sed magis
delectat. excessus enim claritatis non offen
dit visum nisi in quantum agit in ipsum actionem natu
ralem seu materialem calefaciendo et dissol
vendo organum visus et disgregando visi
biles spiritus. dato etiam quod predicta claritas
non sit eiusdem speciei cum ista claritate. Quia
videmus non propter hoc dici ab occulto non glori
ficato invisibilis quia unitas secundum speciem ob
iecti potest non est unitas secundum speciem. sed secundum
genus. nec enim eiusdem speciei sunt lux elementaris
et solaris. ut libro 20 ostensum est. et tamen utraque
est a nobis visibilis. nec ergo odores sunt eiusdem speciei
nec ergo sapores sapores nec omnia que intelli
git intellectus. Sed contra predictam opinio
nem sic potest argui. ut enim habitum est sermone
dicit augustinus xvii de civitate capitulo xix. quod claritas
in corpore cum resurrexerit ab occulto discipu
lorum potius abscondita fuisse quam defui
sse credenda est. non enim eam humanus fieret
atque infirmus aspectus. cum illa casus ita
debet attendi ut possit agnosci. hinc
patet expresse augustinus velle quod sicut non abs
condisset claritatem corporis sui discipulis suis
eam non potuissent intueri nec xpm cog
novisse. Preterea cum discipulis suis ostendit
claritatem claritatem similem fuisse in mor
talitati in transfiguratione. ut habetur mathei
xvii. et in glosa ibidem et eis ostendit
sui corporis subtilitatem ad eos ianuis clausis
intrando. et eius agilitatem in ascendendo
in celum. Ita probabile est quod si potuissent
videre sui corporis cali claritatem per naturam
quam eam ostendisset in signum dilectionis et
in argumentum gloriose resurrectionis. unde claritas quam eis ostendit
in transfiguratione longe fuit inferior. ista
nec fuit dos. sed aliqualis similitudo dotis claritatis
Et preterea ex natura lucis corporis excellentis corporis

excellentis et intensive non videtur esse quod agere possit
in visum passibilem et corruptionem et
corruptibilem animalem actionem sine na
turali. ratio autem adducta pro alia opinione primum habet
bene concedo. quod si claritas corporis gloriosi non
esset visibilis quantum est ex parte sua non esset clari
tas nisi equivoce. unde concedo quod quantum est ex parte sua
visibilis est. Sed ex hoc non sequitur quod sit visibilis
in virtute sua naturaliter ab occulto debili et
infirmo. sicut videmus quod multa sunt possibi
lia quantum est ex parte sua quae tamen sunt possibilia in
firmae potentiae. unde videtur mihi dicendum quod lux corporis glori
osi in sua virtute et plenitudine videri non
possit sine miraculo. ab occulto non glori
ficato nec ipse oculus eam absque sui obtusi
obtusione eius radios in sua fortitudi
ne et plenitudine recipere possit. sic tamen
oculus noster intueri lucem lucem solis in suo
fonte mediante aliqua nube illam lucem
non penitus abscondente. sed reddente radi
os eius proportionales in sui nostro. sic dico ali
quo modo similiter. Quia beatus sic potest radios corporis
sui contemperare et reddere proportionales in
visum nostrum. quod possemus illam lucem videre
in corpore suo. sed non videremus eam in sua pleni
tudine. nec ut refulgentem in sua perfecta
virtute.

Septimo quaeritur utrum corpora bonorum erunt agilia
et videtur quod non. philosophus enim celi dicit et mun
di dicit. quod si essent in unoquoque orbium hesitantium
cum stelle multe esset orbis ultimus in labore
et pena cum ipse moveret ab orbe qui sit
post ipsum motu diverso. in quo patet quod labori
osum est rem movere contra suam inclina
tionem maxime quando fortis est inclinatio
sed corpora beatorum si commoventur ab anima moventur
contra suam inclinationem fortem. quia inclina
bantur deorsum cum in corpore humano dominetur
terra quantum ad quantitatem moles. ergo in beatis non
erit aliqua motus agilitas. Item secundum philosophum
primus res bona completa. ergo non movebunt
se. sed corporum agilitas in corporibus eorum. Item
quod de se est agile non indiget aliquo deffe
rente. sed ubi rapientur in nubibus obviam
xpo in aera. ethessa. iiii. ergo corpora beatorum non erunt
agilia. Item locus cuiuslibet ubi erit indeterminata
propinquitate ad xpm secundum mentem cuiuslibet
exigentiam. sed nullus beatus volet elon
gare a xpo cum ergo movendo se aut elongarentur
a xpo aut appropinquarent ei non movebunt se. ergo

Est ergo bona absque opere. sed quilibet est bona completa. ordinatur ad motum. ergo nulla est agilitas